Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40034
Copyright: Melk, Benediktinerstift



sermo responsionis porrigat
bonus. ut scriptum est. sermo bonus
super datum optimum. Omnia quecunq
ei minuerit abbas. ipse habeat
substantia sua. quibus eum prohibuerit
non presumat: fratribus con
stituta annona sine aliquo tempo
ris aliqua mora offerat. ut non
scandalizentur: memor divine
eloquii quid meretur qui scan
dalizauerit unum de pusillis. Si
congregatio maior fuerit solatia
ei dentur: a quibus adiutus &
ipse equo animo impleat offi
cium sibi commissum: horis competen
tibus & dentur que danda sunt
: et petantur que petenda sunt.
ut nemo perturbatur neque contristetur
in domo dei. De ferramentis
uel rebus monasterii

32 Substantia monasterii in
ferramentis uel uestibus
seu quibus libet rebus prouideat
abbas fratres. de quibus uita et
moribus securus sit: et eis sin
gula ut utile iudicauerit con
signet custodienda atque recolli
genda. Ex quibus abbas breue
teneat ut dum sibi in ipsa as
signata fratres uicissim succedunt
sciat quid dat. aut quid recipit
Siquis autem sordide aut negli
genter res monasterii tractaue
rit corripiatur: si non emenda
uerit discipline regulari subia
cebit. Vt nihil proprium habeat monachus

33 Precipue hoc iubet radicitus
amputandum esse de monasterio
ne quis presumat aliquid dare aut
accipere sine iussione abbatis. neque
aliquid habere proprium nullam omnino
rem. neque tabulam neque codicem
neque graphium sed nihil omnino
quippe quibus nec corpora sua nec
uoluntates licet habere imperata
uoluntate omnia uero necessaria
a patre speratur monasterii nec
quicquam licetur habere quod abbas
non dederit aut permiserit. omnia
que omnibus sunt communia ut scrip
tum est. Neque illius omnia communia
nec quisquam aliquid proprium dicat aut
presumat. Quod siquis huic ne
quissimo uitio deprehensus fuerit
delectatus: admoneatur semel & iterum
atque tertio si non emendauerit
correptioni subiacebit. Si omnes
equitas decent necessaria accipere 35

Sicut scriptum est. diuidebat
singulis prout unicuique opus
erat. Nobis non dicimus ut personarum
quod absit acceptio sit sed infir
mitatibus considerato: ubi qui min
us manducat agat deo gratias
& non contristetur: qui uero plus man
ducat conferat ei: humiliet se pro
infirmitate non extollat pro mi
sericordia: & ita omnia membra erunt
in pace: ante omnia ne ob quo
malum quamlibet causa aliquo
quamlibet uerbo uel significatione
appareat. Quod si deprehensus
fuerit: districtori discipline subiacebit
De septimanario coquine

34 Fratres sibi in uicem seruiant
uel ut nullus excusetur aut